



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 22. Circa irregularitatem ortam ex homicidio, vel mutilatione publica
authoritate facta?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Secl. II. De Irregularitate Dubia, 351

Episcopo ordinanti, aut ordinationis mediatoribus indicere, ut dominus seruum ordinatum dimitteret. Satis enim erat, si integram satisfactionem iure naturæ debitam præstare obligarentur. Ergo illa duplicatio in poenam delicti commissi statuitur, ac proinde Iudicis sententiam saltem declaratoriam delicti exigit. Ita Bonacin. tom. 1. d. 7. q. 2. punct. 4. num. 3.

²³⁸ *Hoc rectius excogitatum esse iudico.* At si hanc duplicem satisfactionem illi non exhibuerit, non liberatur seruus neque dominus tenetur illum dimittere. *Cap. Si seruus absente domino. dist. 54. & ibi Glof. Abbas ad cap. 2. de seruis ordinandis.* Porro si Episcopus ordinans & alij omnes ignari fuerint seruitutis, tenetur ipse seruus hanc duplicem recompensationem facere, vel saltem reddere vicarium pro se æqualem. *Cap. Ex antiquis. dist. 54.* Quam satisfactionem si præstare non possit, & ordinatus sit subdiaconatu tantum, redigitur in seruitutem, ut domino obsequatur in omnibus ministeriis, quæ Ordinem illum non deceant. *Argum. Cap. Ex antiquis.* Verum si in Presbyterum ordinatus, domino ignorante, vel contradicente fuerit non reducitur in seruitutem, etiam si domino integra satisfactio fieri non possit: sed peculium amittit, & domino reddit. *Cap. Ex antiquis.* Si autem peculio careat, obligatur satisfacere in ministeriis sui Officij. *Cap. Frequent.*

unic. de obligatis ad rationacia. Tolet. libr. 1. cap. 60.

Non possunt ascendere. Quia in præfato ²⁴¹ *Cap. uni.* utrumque est requisitum, & quod ab administratione abstineant, & quod illius rationem reddiderint. Ita Suar. d. 51. sect. 3. n. 11. Sayr. l. 6. c. 14. n. 8. Bonac. to. 1. d. 7. q. 2. punct. 4. numer. 4. Hurtad. de irregular. difficultat. 18. Layman. lib. 1. tractat. 5. part. quint. cap. 8. num. 3.

Longè probabiliorem hanc sententiam esse crediderim. Nam præcipue ob obligationem reddendi administrationis rationem ab Ordinibus repelluntur. Hoc autem est certum, (in quo etiam primæ sententiæ Auctores conveniunt) si finita administratione, tibi lis excitetur de dolo, haud posse finitam litem ad Ordines promoueri. *Argum. Cap. Tantis. dist. 54. & ibi Glof. v. Obrepit. & Archidiaconus.* De hoc vero taxati tempus tanquod quæstio decidatur, & interim si te Episcopus promouerit, ipse tenetur in tui defectu satisfacere. At elapso tempore designato, & actore nihil probante, ordinibus poteris initiari. Sayr. l. 6. thesaur. cap. 14. numer. 8. ex communi.

²⁴² *Hoc probabilius.*

CAPVT XXII.

Circa irregularitatem ortam ex homicidio, vel mutilatione publica autoritate facta.

DUBIUM XLVI.

Si quis administrationem, quam habet, deponat tamen si rationem illius non reddiderit: potestne ad Ordines ascendere?

DUBIUM XLVII.

Vi accusantes in causa propria, adhibita protestatione se poenam sanguinis non intendere, excusentur ab Irregularitate: debentne necessario, eiusmodi protestationem ex animo facere?

²³⁹ *Nonnulla suspensa.* Alter defectus libertatis irregularem constituit est obligatio reddendi rationem alicuius administrationis à Republica acceptæ, qualem habent thesaurarij, depositarij, procuratores, actores, executores, aduocati, magistratui, Iudices rerum temporalium; dum enim illa omnia exercent ab Ordinibus repelluntur tum in honorem Clericalis status, quem dedecet harum rerum administratio tum ne Ecclesia dolo fauere præsumatur quod committere præsumuntur, qui durante hac administratione Ordines suscipiunt: quippe credantur, non diuini obsequij affectu, sed fugiendi ratiocinia causa Ordinibus initiari. *Cap. uni. de obligatis ad rationem.* Et cap. 2. & 3. dist. 51. Porro hæc irregularitas extenditur ad eos, qui alicuius personæ priuatae non miserabilis administrationi obligati sunt, ut tutores, procuratores pupillorum, &c. Iam requiro, num si hi administrationem deponant, tamen si rationem illius non reddiderint, (quam omnes debent ex vi officij huiusmodi dare) ad Ordines possint ascendere?

²⁴⁰ *Ascendere possunt.* Quia *Cap. 1. Ne Clerici, vel Monachi, & cap. 1. §. 2. & 21. q. 1.* Superdicti arcentur ab Ordinibus officio finito: nec circa rationem prius reddendam aliquid adducitur. Sic Glof. & Panormit ad *Cap.*

²⁴³ *Nonnulla recole.* Certum est, accusatorem, seu denunciato-rem, si ex vi sue accusationis, vel denunciationis quis moriatur, irregularem esse. *Cap. Sententiam. & cap. Clerici, Ne Clerici, vel Monachi.* Debet autem mors seu mutilatio ex accusatione, seu denunciatione consequi: nam si aliunde obueniat, accusanti, vel denuncianti imputanda non est. Verum quia sæpe contingit, tam Clericos, quam laicos iniuriam pati, qui si accusationem instituere irregularitatis timore non possent iniuriatores audaciores fierent: ius prouidit, quoniam modo abque irregularitatis periculo possent contra sic delinquentes insurgere, & illos accusare, etiam in casu, quo sibi constet, esse capite damnandos. Quod fit *Cap. 2. de homicidio, in 6.* Vbi accusantes, vel denunciantes in causa propria excusantur ab irregularitate, si ex-

expressè protestetur, se poenam sanguinis non intendere sed satisfactionem. Iam requiro, num necessarium sit, huiusmodi protestationem ex animo facere?

244
*Non debet
necessario.*
Non debet necessario hac protestatione ex voluntate, & animo ne accusatus, occidatur gerere. Quia in textu non cauetur protestatione debere ex animo fieri: & in exteriori foro eiusdem rationis est protestatio vera. Sic Couar. ad Clement. si furiosus, p. 2. §. 5. n. 2. Laym. l. 1. sect. 5. ar. 3. p. 3. c. 7. sine. Bonac. ro. 1. d. 7. q. 4. p. 1. n. 1. Auila p. 7. d. 5. sect. 2. dub. 9. conclus. 3. Suar. d. 47. sect. 1. n. 3. Henric. J. 1. q. 11. circa finem.

245
*Necessario
debent.*
Necessario debent. Quia alias legi illud. re viderentur, quae quidem internum intendit affectum à vindicta, quae Sacrum dedecet Ministrum prorsus recedentem. Ita Sylvest. v. Homicidium 2. q. 8. Nauar. sum. c. 27. nu. 216. Tolet. l. 1. r. 8. n. 5.

246
*Primam
sententiam
defendo.*
Pia quidem hac sententia consulenda, & executioni mandanda. At prima verior admodum, & communiter recepta. Itaque opus non est, ut hac protestatio ex voluntate, & animo procedat, ne accusati sanguinis profundatur: nam etiam si illius occisionem intendas, modo exterius intentionem non manifestes, sed potius oppositum protestetur, ab irregularitate liberaris incurrenda. Nec legè illudis, cum ipsa internum hunc minimè praescribat affectum Nec opus praeterea est hanc protestationem fieri simul ac formatur accusatio: satis enim est, si ante prolationem sententiae in ipso iudicio fiat. Quia ex hoc sufficienter deducitur accusatorem mortem accusati non querere. Suar. citatus, n. 1.

DVBIUM XLVIII.

Si quis actionem civilem intenter, ad reparationem damni illati, si accusatus paratus sit damnum compensare independentem à precepto Iudicis: enitatur Irregularitatem protestatione facta, se poenam sanguinis non intendere, sed satisfactionem

247
Nō enitat.
Non enitat. Quia eo in casu conuincitur, non satisfactionem, sed punitionem querere, siquidem satisfactionem ei datam admittere renuit. Sic nonnulli Doctores.

248
*Enitat qui
dam.*
Enitat planè. Quia liberum est ei, reparationem damni velle ex manu Iudicis, & publica autoritate obtinere: quippe sic obtemperat, est honorabilior. Ita Bonac. ro. 1. d. 7. q. 4. punct. 2. n. 2. & alij.

249
*Vtior distin-
ctione.*
Ego autem distinguendum existimo. Si nulla alia via, quam punitione illi est damnum reparandum, & illius reparationem procurat, conuincitur manifestè punitionem querere, atque adeo protestatio in contrarium facta, friuola est, & per accusationem eliditur. Verum si reparatio damni alia via quam punitione, ne praestari potest, crediderim illi posse absque timore irregularitatis accusationem, seu denunciationem, facta protestatione instituire.

DVBIUM XLIX.

Detinet quis laronem, qui eius bona diripuit & ab aliis superuenientibus occiditur. Detentor manetne irregularis, si damnum fuit prauiusum?

Quod supra dixi de accusatore, seu detentore dictum habere de clamante, detinente, & comprehendente damnicatorem. Quia haec actiones sunt media ad praecavendum damnum, vel iam factum recompenandum. Ergo qua ratione licet accusare, has licitum est praestare actiones. Molina tractat. 3. d. 74. n. 11. Auila p. 7. d. 5. dub. 9. conclus. 1. Nauar. sum. c. 27. num. 120. Quid vero si detentus, ab aliis confluentibus occidatur an de tunc irregularis manebit?

Manet irregularis, si damnum hoc prauiusum fuit à detentore. Quia tunc ex homicidio casuali hanc poenam incurrit. Sic Abbas, & Innocent. ad cap. Significasti el. 2. de homicidio. Sylvest. v. Homicidium 3. q. 7. Nauar. sum. c. 27. n. 216. Suar. d. 47. sect. 2. n. 21.

Irregularis non manet. Quia irregularitas esse non potest ex defectu perfectae lenitatis, cum illud homicidium non fuerit factum publica autoritate. Nec irregularitate proveniente ex homicidio iniusto, cum ipse illi causam culpabilem non dedit, nec homicidium potuit impedire. Ita Couar. Clement. si furiosus p. 1. §. 5. n. 2. Auila p. 7. d. 5. sect. 2. dub. 15. Laym. lib. 3. section. 5. tractat. 3. part. 3. cap. 7. post medium Bonac. ro. 1. d. 7. q. 4. punct. 1. num. 18.

Cum his probabilis opinor. Nam primae sententiae ratio ad summum vera esse potest, cum detentor exculare posset homicidium absque propriorum bonorum iactura: alius ei homicidium imputandum non est, cum non sequatur ex eius actione, nec detinendi reum actio fuerit illicita.

DVBIUM L.

An Irregularitate afficiatur, aduocatus partes accusatoris iniuste suscipiens, qui de calumnia conuictus occisus est?

Afficitur quidem. Quia cessante Aduocati patrocinio, non auderet accusator, moraliter loquendo, causam prosequi, atque adeo non constitueretur in illo vitae discrimine. Ergo censetur accusatoris morti cooperari. Sic Suar. d. 47. sect. 4. n. 6.

Non afficitur. Quia si aduocatus bona fide processit, credens accusationem esse legitimam, sicuti à delicto excusatur, sic ab irregularitate delicto annexa excusari debet. Si vero mala fide processit, etsi iniustus sit aduersus accusatum, nullam tamen aduersus accusatorem iniustitiam committit, ideoque non potest ei mors tanquam cooperatori iniusto imputari. Ita Auila p. 7. d. 5. sect. 2. dub. 8. conclus. 2. Bonac. disputat. 7. quaestio. 4. punct. 3. numer. 5.

Sect. II. De Irregularitate Dubia. 353

166 Hoc Suarj sapientissimi venia, probabilius esse reor. Nam licet accusator accusationem non instituitur, nisi Advocati patrocinium haberet, inde non lequitur, Advocatum irregularem esse; ex illo enim patrocini-
Hoc probabilius esse reor. nio non evenit accusatori mors auctoritate publica; sed calumnia aliunde probata. Alias quoties cooperatus esses furto, ob cuius causam fur suspenditur, irregularis esses; quod non est dicendum; quia non es causa mortis, sed delicti, ratione cuius mors infligitur.

D V B I V M LI.

*Laicus ad Clericatum aspirans, potestne co-
gi, ut testimonium in sanguinis
causa ferat?*

257
Aligua
p. 100.

Suppono, Clericum haud posse contra reū
in causa sanguinis testem gerere. *cap. 1. s. ad
qu. bus 2. q. 8.* vbi Clericis Iudicium sanguinis
prohibetur, cui iudicio multum testis co-
operatur: ideoque a nullo Iudice cogi potest
ad testificandum in sanguinis causa; quia ne-
quit cogi ad illicitum, & sibi grauer dam-
nosum. Vti omnes Doctores cum D. Th. 2. 2.
q. 7. a. 1. ad 3. profitentur. Quæserim verò, nū
læcularis ad Clericatum alpirans cogi possit,
vt testimonium in sanguinis causa ferat?

218
Cogni potest.

Cogni potest. Quia in praxi forensi receptū non est, vt quis hoc ex titulo à ferendo testi-
monio in causa sanguinis sæpe quidem ad-
modum necessario, excusetur. Bern. Diaz in
pract. c. 99.

Non potest cogi. Quia cū huiusmodi testi-
ficatio irregularitatem inducat, iniuria fit ei,
qui intendit statum Clericalem inire, per-
fectiorem admodum coniugio, ac celibatu,
dum cogitur irregularitate contracta im-
pediri. Ita Auila p. 7. d. 5. sect. 2. ubi. 13. Henr. l. 14.
c. 12. n. 9.

150 ^{612. n. 9.}
Hoc verius. Hoc verius esse iudico: illud autem certum,
si Clericus, aut qui aspirat ad Clericatum pro
reo testimonium ferat, inde irregularitatem
non incurrere, licet ex accidenti detegatur
aculatoris calumnia, & ob id pœna talionis
afficiatur. Quia illud testimonium ad proban-
dum rei innocētia dirigitur, cui punitio acto-
ris per accidens contingit, neque testi testi-
putanda. Requiritur tamen in Clerico, licentia
Praelati ad testificationem licite pro reo
prestandam: quam Praelatus non temere sed
maturo iudicio, ac causæ cognitione debet
concedere. *Auila p. 7. d. 5. sect. 2. dub. 11.*

D V B I V M L I I I.

Si laicus in causa criminali, vel civili precepto Iudicis compellitur testimonium ferat, ex quo reo mors, vel mutilatio sequatur incurritne irregularitatem?

261
Incurreret
quidem.

Incurreret quidem. Quia absolute ex eius testimonio mors, vel mutilatio secuta est: neque illi prodest protestatio, quod cōpul-
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

ius agat: nam protestationis beneficium propriam causam defendenti conceditur, *c. Prælati de homic.* Sic Doctores communiter ex lenitatis defectu.

Minimè incurret. Quia nequit dici in ea
testificatione, & mortis cooperatione le- 262
Non incur-
nitatis defectum habuisse: cum non volun- ret.
tarie, sed præcepto compulsus testimonium
tulerit. Ita Castro Palao de cens. d. 6. p. m. 14. s.
3. n. 3. Maior. l. 2. de irregul. c. 8. Coninch d. 18.
dub. 10. m. 96. Bonac. to. 1. d. 7. q. 4. p. m. 1. n. 8.

Existimo satis probabiliter esse hanc sententiam amplecti. Nec enim credam, Ecclesiam voluisse irregularitatem imponere testi ob testificationem iure naturæ debitam: aliâs testes retraherentur à veritate propalanda.

D V B I V M LIII.

Si quis etiam Sacerdos ad occidendum exhortatur, in bello iusto, aut propria manu pugnat, non tamen ipse per se occidit, aut deformat: incurritne irregularitatem?

Incurrit profecto. Quia Clericis in bello
offensiuo pugna propria manu est interdi-
cta in c. Clerici, 23. q. 8. Et c. 1. Ne Clerici, vel
Monachi, & c. Ex multa de voto. Et quia in
Quod in dubiis, de penis, de Sacerdotibus gu-
bernantibus nam ad pugnam, seu exercentibus
conflictum vel alios ad pugnam excitari-
bus, affirmatur, graue peccatum committere,
esseque deponendos. Sic nonnulli bonæ notæ
Doctores.

Non incurrit. Quia in c. *Petitio tua, de homicid.* Sacerdoti pugnantī aduersus inimicos Christianā Religionis, vbi multi occisi fuerunt mandatur, à celebratione abstinere, si de interfectione alicuius in illo confictū dubium habeat. Ergo à contrario sensu, si ei constet nullum interfecisse, non obligabitur, à celebratione abstinere. Ita Nauar. *sum. c. 27. n. 23.* Henr. l. 14. c. 12. m. 4. Molina *tr. 2. d. 110. concl. 2.* Auila p. 7. d. 6. *secl. 3. dub. 2.* Bonac. *ro. l. 1. d. 7. qu. 4. pun. 3. m. 7.* Hurtad. de *irreg. difficul. 12.* Laym. l. 3. *secl. 5. tr. 3. p. 3. c. 8.*

Hanc præpono sententiam, quam etiam colligo ex *c. Si quis, dist. 5. 1.* Et exilitio, rationem huius privilegii esse, ne tot irregularitates inno- dentur, ne vel à præliando in bello iusto se retrahant, irregularitatis timore. Cui quidem resolutioni crediderim non ob- stare textus in *c. Clerici in c. Ne Clerici, &c. in c. Ex ma'ta.* Quia inde non fit irregularitatem cō- trahi: hæc enim non contrahitur nisi in cas- bus à iure expressis: at in iure solum expressa est irregularitas ob deformationem, vel occisionem in bello iusto contingentem, non autem ob consilium, auxilium, vel favorem illicite præstitum; Neque item obest textus in *c. Quod in dubiis.* Nam loquitur de bello iniusto. Præterquam quod ibi non fertur irregu- laritas, sed suspensio, vel depositio non ipso iure, sed ferenda.

DVBIVM LIV.

Clericus propria manu occidit, vel mutilat in bello iusto: ocius irregularitas estne ex homicidio illicito, & iniusto?

267
Questionis
status.

SI miles propria manu occiderit, vel mutilaverit in bello iusto, irregularis est in omnium sententia Argum. Petio, de homicidio. Quod à fortiori in Clerico militat: solū autē dubito, de Clerico sic occidente, vel mutilante, an eius irregularitas ex homicidio illicito, & iniusto dicenda sit, an ex defectu perfectæ lenitatis?

268
Est irregularitas ex homicidio iniusto.

Est quidē ex homicidio illicito, & iniusto. Quia occidit & non ex auctoritate publica, cū non concedatur ei facultas occidendi, imo hæc illi sit denegata. Ergo hæc irregularitas oritur ex delicto. Sic nonnulli, quorum sententiam Palao de conf. d. 6. pun. 1. 4. §. 5. n. 4. ait esse probabilem.

269
Non est ex iniusto homicidio, sed ex defectu lenitatis.

Non est ex homicidio illicito. Quia si bellum iustum est, nulla sit hosti bus iniustitia eos vita priuando, si ad victoriam est necessarium. Item Princeps omnibus bellantibus hæc facultatem concedit. Quod ergo Clericus contra sibi factam prohibitionē pugnet, non inferitur, iniuste, sed religiose dimicare. Igitur irregularitas hæc non est dicenda ex delicto, sed ex perfectæ lenitatis defectu. Ita Palao ubi supra.

270
Hoc probabilius esse iudico.

Hanc tanto Doctore amicitissimo quidem hærescens, sententiam probabiliorem esse iudico. Nam si Clericus v.g. votum fecisset non pugnandi extra casum necessitatis, & pugnaret: peccaret quidem aduersus votum, sed non aduersus iustitiam, ac proinde non esset irregularis ex delicto. Igitur alio ex capite, nempe ex perfectæ lenitatis defectu hanc irregularitatem emanare concluditur. Porro irregularitas ex lenitatis defectu ab alio quā à Pontifice dispensari non potest: non enim in iure aliqua circa hoc Episcopo concessio facta inuenitur. Nam in Tridentino solum datur facultas pro irregularitatibus ex delicto occulto proueniens: sub qua facultate hæc, quæ non nascitur ex delicto, comprehendi non potest.



CAPVT XXIII.

Circa Irregularitatem ex homicidio, vel mutilatione iniusta ortam.

DVBIVM LV.

Ut irregularitas ex voluntaria mutilatione incurratur, sufficitne ea, ex qua corpus humanum non integrum, sed imperfectum manet?

271
Plura requiruntur.

Etum est, ex homicidio voluntario contrahi irregularitatem distinctam ab ea,

quæ ortam habet ex homicidio, vel mutilatione casuali. Porro ad voluntarium homicidium requiritur intentio expressa occidendi, seu apponendi causam de se illatuiam horum effectuum, & ut cognitam, ut si præberes alicui venenum mortiferum, aut deneres fugientē, ut ab alio interimeretur. Hæc irregularitati vicina est altera, quæ ortam habet ex mutilatione. cap. In Ar. hi episcopi de raptorib. & Clement. vii. de homicidio. Quæ & voluntarie, & casu contingere potest. Voluntarie contingit, cum expressam voluntatē habuisti mutilandi, seu apponendi causam, ex qua prævidisti, mutilationem fore euenturam. Secus si solum intendisti vulnerare, & casu mutilasti, sed quæ mutilatio sufficit ad hanc irregularitatem inducendam, non conueniunt Doctores. Quæserim ergo, num sufficiat ea, ex quo corpus humanum non integrum, sed imperfectum manet?

Sufficit plane, vnde abscisso digitorum, & cartilaginibus auris, & nasi, & testiculorum sufficiens reputatur. Quia si imperfectum manet corpus humanum, perfecta proculdubio mutilatio est. Sic Caiet. 2. 2. q. 65. a. 1. Sotos lib. 5. de iust. q. 2. art. 1. Suar. d. 44. section. 2. numer. 7. Layman lib. 3. section. 5. tract. 3. part. 3. cap. 11. num. 2.

Non sufficit, sed ea mutilatio requiritur, quæ aliquod corporis membrum abscindat. Quia dum membrum aliquod abscissum non est, corpus humanum non est mutilatum, & truncum: sed absolute integrum, ac perfectum; alias si mutilatio cuiuslibet partis corporis, quæ cū alio membro operatur, sufficiens irregularitatis esset, non solum mutilatio digiti, sed & partis illius abscisso irregularitatem induceret. Ita Couar. Clement. si furiosus, §. 3. n. 8. Nauar. sum. c. 27. n. 206. Graf. l. 2. c. 62. num. 4. Valent. 2. 4. d. 7. q. 19. pun. 3. §. 4. Henric. l. 1. c. 8. mon. Sayr. l. 6. thes. c. 16. n. 1. Molina tr. 3. d. 69. num. 2. Hurtad. de irreg. diff. 5. n. 18. & alij.

Existimo, eam mutilationem irregularitatem constituere, quæ est membri, sumpto membro pro ea parte corporis, quæ actionem aliam quam habet ab alia distinctam, v.g. auris, nasus, pes, oculus, manus, & similia, ut colligitur ex l. Idem filius ff. de adilit. edito, ubi ex vnus digiti defectu, non dicitur membrum deficere.

DVBIVM LVI.

An irregularis erit qui ita membrum debilitaret, ut omnino aufereret, ac moveretur?

Erit irregularis. Quia huiusmodi debilitatio formaliter mutilatio dici posset, si quidem illud membrum vita priuaretur, & se paratur ab animæ informatione: alias posset quis à duobus mutilari, nullo eorum irregulari manente; nam abscindēs membrum siccum, ac mortuum, non videtur irregularitati subiacere, illa mutilatio est eiusdem rationis ac mutilatio cadaveris: & ex alia parte membrum siccum reddens irregularitatem.